Cessolis, De ludo scaccorum. 272b—275b vacat. 7.) 276a—309b. 'Collectio exemplorum cum moralizatione. Multa sunt e Gestis Romanorum. Incip.: 'In capite libri scriptum est de imperatore qui habebat filiam...' Expl.: 'ad regnum eternum pervenire poterit ad quem' etc. Sequuntur quattuor versus librarii. 310a—311b vacat. 8.) 312ab. Fridericus decanus capituli Babenbergensis, Statuta circa distributionem prebendarum, a. 1336. Incip.: 'Cum spiritualia sine temporabilia...' Expl.: 'inviolabiliter observare.' 9.) 312b—313a. Bertholdus episcopus Babenbergensis, Literæ permutationis inter eum et capitulum Bambergense, a. 1268. Incip.: 'Universis presentes literas inspecturis...' Expl.: 'inextingwibili in eternum.' 10.) 313ab. Notitia transactionis initæ inter capitulum Bambergense et Theodorum Burgravium de Aynek, a. 1269. Incip.: 'Universis presentes literas inspecturis...' Expl.: 'inter ipsos equaliter dividetur.' 11.) 313b—314a. Notitia permutationis inter capitulum Bambergense et cœnobium in Lanckheim, a. 1270. Incip.: 'Universis presentes literas inspecturis...' Expl.: 'libere possidebunt.' 12.) 134ab. Bertholdus episcopus Bambergensis, Statuta a. 1275. Incip.: 'Universis constare volumus...' Expl.: 'per nostros subditos patiemur.' 13.) 134b—135a. Notitia locationis a capitulo Bambergensi facta Guttæ de Rickenbach, a. 1275. Incip.: 'Conventionis prestat materiam...' Expl.: 'obtineant firmitatis.' 14.) 135a. Notitia germanica traditionis bonorum factæ a Chunrado Burgravio Norimbergensi ecclesiæ Bambergensi, a. 1303. Incip.: 'In dem namen..daz vber geschehniu ding...' Expl.: 'von Crists geburt Tusent iar, dreutzehenhundert iar in dem dritten an vnser frawen tag ze lichtmesse.'

3413. [Hist. prof. 519.] ch. XV. 438. f. 1.) 1a—145b. Joannes Jovianus Pontanus, Historia belli Neapolitani. 146a—151b vacant. 2.) 152a—245a. Idem, de sermone. 245b—246b vacant. 3.) 247a—297b. Idem, De magnanimitate liber primus. Idem, 4.) 298a—301a. Idem, Tria exemplaria, quorum alterum autographum videtur, carminis hexametrici in laudem coryli. Incip.: 'Hanc acti neque enim patula solum ęsculus umbra.' Expl.: 'Aridiam ah solę referunt sed inaniter attę.' 5.) 301ab. Idem, Certamen Veneris et Cupidinis, epigramma. Incip.: 'Certabant una genetrix face, natus et arcu.' Expl.: 'Nunc sibi nunc puero serta odorata parat.' 302a—304b vacant. 6.) 305a—418b. Idem, De prudentia. 7.) 419a—438b. Idem, De magnanimitate aliud exemplar, mutilum.

3414. [Hist. prof. 483.] ch. XV. 101. f. Martinus Polonus, Chronica continuata e chronico monasterii S. Petri Ratisbonæ usque ad Eugenium IV papam et Albertum II Imperatorem.

3415. [Hist. prof. 451.] ch. XV. 153. f. 1.) 1a—123a. Honorius Augustodunensis, Summa. 2.) 123b—139b. Idem, De luminaribus ecclesiæ. 3.) 140a—150a. Annales Lambacenses. 4.) 150b—153a. Honorius Augustodunensis, De sectis et hæresiarchis.

3416. [Hist. prof. 452.] ch. XV. 290. f. 1.) 1a—14a. Calendarium romanum a. 354 compositum cum figuris 12 mensium. Lambec. Comment.

lib. IV, pag. 272. 2.) 15ᵃ—24ᵇ. Fasti consulares. Incip.: 'Leuatus est primus imperator...' Expl.: 'predata est neapolis a militibus belisarii.' 3.) 25ᵃ—38ᵃ. Fasti consulares ab a. 246 U. C. usque 354 post Christum natum (ed. Henricus Noris). 4.) 38ᵇ—40ᵃ. Canon paschalis ab anno domini 312 usque ad Theodosium III et Honorium VII consules. 5.) 40ᵇ—43ᵇ. Præfecti urbis. 6.) 44ᵃᵇ. Martyrologium. 7.) 44ᵇ—46ᵃ. Catalogus paparum a S. Petro usque ad Liberium. 8.) 46ᵃ. Necrologium paparum (5—8 ed. Æg. Bucher). 9.) 47ᵃ—53ᵃ. Fasti consulares usque ad a. 493 cum brevi chronico (ed. Cuspinianus), præmissis regibus Romanorum. 10.) 55ᵃ—66ᵃ. Orosius, 'Congregationes temporum,' epitome chronologica. 11.) 66ᵇ—70ᵃ. De XIV regionibus urbis Romæ (ed. P. Panciroli). 12.) 71ᵃ—254ᵃ. Vincentius Kadlubek, Chronica Polonorum. 13.) 255ᵃ—290ᵇ. Jornandes, De origine Getarum. Expl.: 'urbis aufugit...' Cetera desunt.

3417. [Hist. prof. 518.] ch. XV. 251. f. 1.) 1ᵃ—123ᵇ. Chronicæ ordinis fratrum minorum. Incip.: 'Quoniam preteritorum narratio utilis est...' Expl.: 'protector ex hac vita migravit.' 2.) 124ᵃ—133ᵇ. Joannes de Capistrano, Vita S. Bernardi Senensis. 3.) 134ᵃ—141ᵇ. Vita et miracula S. Claræ. 4.) 141ᵇ—144ᵇ. Bullæ duæ de canonizatione S. Bernardini et quidem: 'Excelsus Dominus Deus noster' et: 'Misericordias Domini.' 5.) 146ᵃ—160ᵃ. 'Responsio ad libellum infamie ewangelice paupertatis.' Incip.: 'Super tribus sceleribus...' Expl.: 'altissime promisisti.' 6.) 160ᵃ—164ᵇ. Nicolaus III papa, 'Declaracio super regulam (fratrum minorum) et ponitur in decretalibus,' incipiens 'Exijt qui sciant (sic) seminare semen...' d. d. 'Suriani XIX kl. septembris pontificatus nostri anno 2°.' 7.) 165ᵃ—167ᵇ. Clemens V papa, 'Declaracio regule (fratrum minorum) incipiens 'Exiui de paradiso... d. d. Vienne pridie nonas nouembris pontificatus nostri anno VIj amen.' 8.) 168ᵃᵇ. Gregorius IX papa, 'Declaracio regule' (fratrum minorum) incipiens 'Quoniam elongati... d. d. ange iiij° kalend. octobris.' 9.) 168ᵇ—169ᵇ. Innocentius IV papa, 'Secunda declaracio facta super regulam' (fratrum minorum) incipiens 'Ordinem vestrum... d. d. lugu° 18 kall. decembris pontificatus nostri anno tertio.' 170—205 vacant. 10.) 206ᵃ—251ᵇ. S. Bonaventura, Vita S. Francisci. Subjiciuntur lectiones in natali S. Francisci. Tegumentis fragmenta neumata adglutinata sunt m. s. XIII.

3418. [Hist. prof. 487.] ch. XV. 333. f. 'Registrum omnium proventuum regalium (in regno Hungariæ.) in his duobus infra scriptis annis per Sigismundum episcopum Quinqueecclesiam, thesaurarium (Apostolicæ) Regiæ Majestatis, in parata pecunia perceptorum. Incipiendo ab ultima die Januarii 1494 usque ad ultimum diem eiusdem 1495.

3419. [Nov. 260.] ch. XV. 297. f. 1.) 1ᵃ—94ᵇ. Petrus Blesensis, Epistolæ cum indice. 2.) 95ᵃᵇ. Bernardus Clarævallensis sive Carnotensis, Epistola ad Raymundum militem de cura rei familiaris. 3.) 95ᵇ. Quattuor hexametri memoriales de septem electoribus principibus. Incip.: 'Maguntinensis Treverensis Coloniensis Quilibet imperij...' Expl.: 'per secula summum.' 4.) 96ᵃ—126ᵃ. Historia quadripartita

variis in usum prædicatorum historiolis collectis constans. Incip.: 'Semper disce et in extremis horis...' Expl.: 'nature laborat. hijs dictis quievit.' 5.) 126ᵇ—128ᵃ. Martinus Braccarensis sive Dumiensis, De quattuor virtutibus cardinalibus. 6.) 128ᵇ—191ᵇ. Jacobus de Theramo, Summa de redemtione animorum. Incip.: 'Universis Christi fidelibus...' Expl.: 'ad uitam perhempnem.' 7.) 192ᵃ—214ᵇ. Gherus monachus Rini S. Mariæ ord. cisterc. Defensor. Incip.: 'Bone rei dare consilium...' Expl.: 'Et hec causa brevitatis sufficiant.' 8.) 214ᵇ—215ᵃ. Regulæ quædam juris canonici. 215ᵇ vacat. 9.) 216ᵃ—254ᵇ. S. Ambrosius Hexaëmeron. 10.) 254ᵇ—266ᵇ. Idem, De paradiso. 11.) 266ᵇ—280ᵇ. Idem, De Cain. 12.) 280ᵇ—285ᵃ. Ad Pragenses apostrophe. Incip.: 'Verbum modo ad te...' Expl.: 'cum incolis cernere prout opto etc. amen.' 13.) 285ᵇ—286ᵃ. Pius II papa sive Æneas Sylvius Piccolomini, Epistola ad Johannem de Capistrano d. d. 'Ex wienna die quinta iunii 1451' et Johannis de Capistrano responsum. Incip.: 'Frater Johannes de Capistrano...' Expl.: 'orator fidelissimus frater Johannes de capistrano.' 14.) 288ᵃ—297ᵇ. Dominicus de Capranica, De arte moriendi.

3420. [Philos. 240.] ch. XV. 191. f. 1.) 1ᵃ—16ᵇ. Tractatus de virtutibus. Incip.: 'Qvoniam misericordia et veritas custodiunt...' Expl.: 'ubi uis permanere. ego vita. amen.' 17—20 vacant. 2.) 21ᵃ—27ᵃ. Leonardus Brunus Aretinus, Isagogicon moralis disciplinæ ad Galeotum Ricasolanum. 27ᵇ—28ᵇ vacant. 3.) 30ᵃ—36ᵃ. Idem, De militia ad Reinaldum equitem Florentinum. 36ᵇ—38ᵇ vacant. 4.) 40ᵃ—44ᵃ. Idem, De institutione mirabili et cohortatione in literarum peritiam ad Baptistam de Malatestis. 44ᵇ—47ᵇ vacant. 5.) 48ᵃᵇ. Idem, Oratio dicta ad Romanum pontificem cum fuit legatus Florentinorum. Incip.: 'Consueuerunt beatissime pater...' Expl.: 'cum tempus dabitur exponemus.' 49—51 vacant. 6.) 52ᵃ—55ᵃ. Idem, Oratio in hypocritas. Incip.: 'Ex omni genere hominum...' Expl.: 'sed in tua.' 55ᵇ vacat. 7.) 56ᵃ—57ᵃ. Leo Baptista Albertus, Epistola ad Bartholomæum. Incip.: 'Si pacato animo ut debes...' Expl.: 'Familiarissime et velocissime.' 8.) 57ᵇ—61ᵃ. Idem, Canis. Incip.: 'Erat in more apud maiores...' Expl.: 'tua ex petit virtus immortalis.' 9.) 61ᵃᵇ. Bornius, Epistola ad Cathelanum. Incip.: 'Canum vero tam fida custodia...' Expl.: 'clarissimo me firmiter recommendo Butrii XXIIIj octubris 1430.' 10.) 62ᵃ—72ᵇ. Leo Baptista Albertus, Defunctus. Incip.: 'Politropus. Num ego per has herebi...' Expl.: 'Neophron presequar.' 73 vacat. 11.) 74ᵃ—79ᵃ. Basilius Magnus, Adhortatio ad puerum latine reddita a Leonardo Bruno Aretino cum dedicatione ad Colucium. 12.) 79ᵃ—80ᵇ. Poggius Florentinus, Epistola de introitu imperatoris Romani et ejus coronatione. 13.) 80ᵇ—82ᵇ. Cincius, Oratio ad imperatorem Sigismundum. Incip.: 'Qui maiestatem tuam gloriosissime...' Expl.: 'recte sensisse glorientur.' 14.) 82ᵇ—83ᵃ. Baptista uxor Galeatii de Maletestis, Oratio ad imperatorem quum fuit in Urbino. Incip.: 'Non solum tacita diu christianissime...' Expl.: 'tempora longiora.' 15.) 83ᵃ—91ᵇ. Poggius Florentinus, Quattuor epistolæ, quarum prima ad Bartholomæum archiepiscopum Mediolanensem d. d. Rome die XIj

Januarii; altera ad Galeottum de Ricasolis d. d. Rome III Non. Februarii; tertia ad Franciscum de Vellate et quarta ad Suffratum Rhodi commorantem d. d. Rome die 26. mensis Maii.' 16.) 92ab. Demosthenes, Oratio ad Alexandrum latine versa sed non absoluta. 17.) 92b. Poggius Florentinus, Epistola ad Nicolaum d. d. 'Rome XIIIj kal. marcij.' Incip.: 'Non fuit opus...' Expl.: 'plurimum auxilij prestabunt.' 18.) 93a. Fragmenta ex orationibus de Alexandro Æschinis et Demosthenis latine reddita. 19.) 93a—94a. Poggius Florentinus, Epistolæ ad cardinalem S. Angeli d. d. 'Rome V Non. Maii.' 20.) 94a. Fragmentum orationis Demadis contra Æschinem latine redditum. 21.) 94a. Epistola ad Cardinalem S. Angeli in fine mutila. Incip.: 'Vereor prestantissime pater ne istec barbaries...' Expl.: 'sine vlla spe fructus...' 21.) 95a—96a. De Theodoro Judæo et Philippo christiano simul de adventu Christi colloquentibus. Incip.: 'Temporibus piissimi Imperatoris Justiniani...' Expl.: 'occultum seruabatur apparuisse.' 22.) 96b—98b. Epistola ad Angelottum Cardinalem S. Marci. Incip.: 'Scio in hac tua...' Expl.: 'conscientia mea Rome VIII. Id. octubris.' 23.) 98b—99a. Poggius Florentinus, Epistolæ duæ et quidem ad Julianum cardinalem S. Angeli d. d. 'Rome die ij nouembris' et altera ad Dalmatium archiepiscopum cæsaraugustanum d. d. 'Rome V. kal. decembris.' 24.) 100a. Oratio ad summum pontificem. Incip.: 'Complures homines cum pergunt...' Expl.: 'deuotum esse uolo.' 25.) 100a. Flavius Vopiscus, Aureliani epistola ad principem et procuratorem exercitus. 26.) 100ab. C. Julius Cæsar, Epistola ad Ciceronem et Ciceronis responsum. 27.) 100b—101a. Antonius de Amelia, Sermo. Incip.: 'Quamquam difficile rear...' Expl.: 'totiusque ourie triumphantis.' 28.) 101a—103b. S. Hieronymus, Vita S. Pauli primi eremitæ. 29.) 104a—106a. Sermo de corpore Christi. Incip.: 'Totus michi animus commoueri...' Expl.: 'ut salvi esse possimus.' 30.) 106ab. Oratio edita coram duce Venetorum per oratorem universitatis Studii Patavini. Incip.: 'Inter immensam que facundissimam...' Expl.: 'protectos esse velit.' 31.) 107ab. Oratio in laudem jurisprudentiæ. Incip.: 'Si apud disertissimos...' Expl.: 'hactenus dignissime militastis.' 32.) 107b—108a. Bonifacius papa, Epistola ad Carolum Galliæ regem, d. d. 'Rome quarto ydus aprilis anno tertio.' 33.) 108ab. Epistolæ duæ, quarum prior incip.: 'Tanta est liberalitas...' et expl.: 'sepe non recolet. vale.' Altera incip.: 'Prouocasti me sermone...' et expl.: 'vale vir dignissime.' 34.) 108b. Franciscus Florius, Epistola ad Antonium Burlettam Aretinum. Incip.: 'Cum non nulli huc ex Sena...' Expl.: 'ad te scriberemus.' 35.) 108b—109. Minatus Lucanus, Epistolæ tres, quarum prima ad Ergatolem Bononiensem, altera ad papam et tertia ad Philippum Florentinum directa est. 36.) 109b—110b. Poggius Bracciolini Florentinus, Epistola ad fratrem Albertum d. d. 'Rome VIII kal. marcij.' 37.) 110b—111a. Idem, Epistola ad Andreolum Justinianum d. d. 'Rome XXII Januarii.' 38.) 111a. Idem, Epistola ad Galeottum de Ricasolis d. d. 'XXI Septembris Rome.' 39.) 111b. Idem, Epistola ad Johannem Pratensem expliciens 'Sed hic tu melius vale.' 40.) 112ab. Salutatus Colucius

cancellarius Florentinus, 'Ad..regem Carolum Jerusalem Ungariæ et Siciliæ.. Quid senciat de origine partis guelfe.' Incip.: 'Erexit te deus...' Expl.: 'adimpleri.' 41.) 112b—113b. 'Tractatus.. Francisci spinole amirati etc.' id est Contractus inter rempublicam Januensem et Franciscum Spinolam ducem exercitus Januensis d. d. 'Ex Janua. 1431 die 23 augusti.' 42.) 113b—114a. 'Sermo ad papam Martinum de Columna.' Incip.: 'Cum multa sint...' Expl.: 'profutura esse perspexerim.' 43.) 114ab. 'Sermo habitus a protestate senensium dum arma ei donarunt.' Incip.: 'Magnos et illustres uiros...' Expl.: 'et jmparem minime Relaturum. 44.) 115b—116b. Lucianus Samosatensis, Dialogus Alexandri, Hannibalis et Scipionis interprete Aurispa Siculo. 45.) 116b—117a. 'Oratio in examine.' Incip.: 'Nisi nostra semper laudata...' Expl.: 'diuine trinitatis amen.' 46.) 117ab. Leonardus Brunus Aretinus, Epistola ad Poggium. Incip.: 'Res protinus risu digna...' Expl.: 'et ambitio exhiberet.' 47.) 118a—120a. Locus ex historiographo Dione de M. Tullio Cicerone ab Aurispa latine factus. 48.) 120b. Notabilia astrologica, utique judicium et prophetiæ. 49.) 121ab. Sibylla, Prophetiæ de Christi adventu hexametricæ cum commentario. Incip.: 'Que cecinere deum...' Expl.: 'iam regnat apollo.' Subsequuntur notulæ de Sibyllis. 50.) 122a—123 aa. 'Oratio exposita ad ducem burgundie' a legatis papæ. Incip.: 'Quamquam singularis mihi...' Expl.: 'vniuersis gentibus extolleris.' 51.) 123a—124a. 'Sermo potestatis perusii expositus in fine sui officij coram gubernatore predicte ciuitatis et alijs ciuibus.' Incip.: 'Cum sepe alias tum maxime...' Expl.: 'comisissimos facio.' 52.) 124a. Epistola, quæ incip.: 'Tanta uir doctissime...' Expl.: 'patrie mee decus.' 53.) 124a—125b. Aristoteles, Oeconomia latine facta a Leonardo Bruno Aretino, præmissa dedicatione ad Cosmum de Medicis. 54.) 125b. 'Oratio in examine.' Incip.: 'Nisi vestra semper laudata...' Expl.: 'in nomine diuine trinitatis.' 55.) 126ab. Jacobus de Langusco, Oratio de matrimonio. Incip.: 'Si dicam non vereri...' Expl.: 'et quo ornare voluistis.' 56.) 127ab. Idem, 'Oratio ad Martinum papam Vtum.' Incip.: Solet esse communis natura...' Expl.: 'recommissam accipias.' 57.) 128a. Idem, Oratio recitata coram papa per quemdam abbatem. Incip.: 'Ueritus sum...' Expl.: 'recommissam accipias.' 128b—131b vacant. 58.) 132a—147b. Gregorius de Nonis, Sermo latino-italicus de principibus. Incip.: 'Ecce saluator tuus. Ysaie sexagesimo...' Expl.: 'premio vel imperio eterno amen.' Absolutis duobus latinis poëmatiis subsequentibus legitur epistola, qua Gregorius alicui principi opus suum dedicavit. 59.) 148a—159b. Pius II papa sive Æneas Sylvius Piccolomini, Epistola de idolatria Bohemorum d. d. 'Ex noua ciuitate Austrie 12. kal. Septembris 1451.' 60.) 160a—161b. 'Responsio Friderici Romanorum regis data oratoribus Philippi ducis Burgundiæ super Passagio contra Turchos impetrando.' Incip.: 'Quamuis in hoc senatu...' Expl.: 'merebitur sempiternam.' 61.) 161b—165b. Pius II papa sive Æneas Sylvius Piccolomini, 'Oratio ad Nicolaum papam V super passagio contra Turchos impetrando.' Incip.: 'Moyses vir dei...' Expl.: 'quam de passagio valeas amen.' 62.) 165b—167a. 'Responsio...

Imperatoris Friderici super peticione principali per Johannem episcopum Papiensem apud se legatum facta in facto passagij.' Incip.: 'Beatissime...Venit ad nos...' Expl.: 'putauerimus Sanctitatem vestram Datum...' Cetera desunt. 63.) 167ᵃ—170ᵇ. 'Oracio pro parte.. Friderici .. Imperatoris in facto Passagij facta in dieta Ratisponensi per Eneam episcopum Senensem .. (postea Pium II) in mense Maij' 1454. Incip.: 'Quamuis omnibus qui adestis...' Expl.: 'fructum accipiant.' 64.) 170ᵇ—172ᵇ. 'Conclusiones facte in facto Passagij contra Turchos in ... dieta Ratisponensi' 1454. Incip.: 'Ex hijsque nuper...' Expl.: 'et principum oratoribus.' 65.) 172ᵇ—178ᵃ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Oratio in facto passagii pro parte Friderici Imperatoris in diæta Francofurtensi 1454. Incip.: 'Constantinopolitana clades...' Expl.: 'legiones angelorum.' 66.) 179ᵃ—189ᵇ. Franciscus de Senis, 'Capitulum VIᵐ. et ultimum de cura lapidis renum.' Incip.: 'Determinatis et declaratis...' Expl.: 'pro nunc dicta sufficiant.' 67.) 190ᵃ. Epistola. Incip.: 'Pridie cum tecum in cena essem...' Expl.: 'potest facilius.'

3421. [Hist. prof. 520.] ch. XV. 70. f. 1.) 1ᵃ—40ᵃ. Felinus Sandæus, Epitome de regibus Siciliæ et Appuliæ. Præmittitur 1ᵃ—2ᵇ. Epistola Michaëlis Ferni ad Pomponium Laetum d. d. Id. Aprilis M.CCCC.XCV. qua de opere et ejusdem autore tractat et narrat. Subsequitur Epistola auctoris nomine ad Alexandrum VI papam dedicatoria. 2.) 40ᵃ—41ᵃ. Michaël Fernus, Epistola ad Felinum Sandæum. Incip.: 'Video succensere te mihi mi pater...' Expl.: 'Vale nec bene factum accusa.' 3.) 41ᵃᵇ. Idem, Carmen ad Felinum. Incip.: 'Queque Solon et quæ Cæsar...' Expl.: 'vates certa futura cano.' 42 vacat. 4.) 43ᵃ—70ᵇ. Michael Ritius, De regibus Neapolis historia.

3422. [Hist. prof. 497.] ch. XV. 20. f. 1.) 1ᵃ—10ᵇ. Annales Claustroneoburgenses a. 928—1300. 2.) 11ᵃ. Fragmentum historiæ cuiusdam fabulosæ germanicum. Incip.: 'hercz. do waz ein roter wurm jnne...' Expl.: 'vncz er starb.' 3.) 11ᵃ—12ᵃ. 'Hie ist ze merchen dez edeln chunigs streit Chünig Fridreichs chunig Albrechts sun etc.' Incip.: 'DO lat man wissen alle lewt...' Expl.: 'vnd ward chünig Fridreich ledig etc.' 4.) 12ᵃ—18ᵇ. Annales Claustroneoburgenses a. 1324—1386. 5.) 19ᵃ—20ᵇ. Chronicon Austriæ germanicum aba. 1273 usque ad a. 1467. Incip.: 'Anno domini 1273 da ward erwellet...' Expl.: 'gemahel ist gewesen...' Cetera desunt. Lambec I, 512. Chmel II, 493. Wattenbach X, 471.

3423. [Rec. 2072.] ch. XV. 383. f. 1.) 1ᵃ—134ᵇ. Thomas Ebendorfer de Haselbach, Historia pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Pium II inclusive. Incip.: 'INter tot pressuras...' Expl.: 'dux Burgundie se offert propria in persona.' Præmittuntur 1ᵃ—3ᵃ 'Tabula ortus et occasus summorum Romanorum pontificum et gestorum secundum alphabetum' et 3ᵇ—14ᵃ. 'Tabula notabilium in hoc codice (nimirum in historia pontificum) contentorum' itidem secundum alphabetum. 135—136 vacant. 2.) 137ᵃ—160ᵇ. Libellus de schismatibus Ecclesiæ. Incip.: 'TErribilis dominus in consilijs...' Expl.: 'paruas

habere saltem grates.' Iste libellus Thomæ Ebendorfer de Haselbach videtur esse. 161—164 vacant. 3.) 165ᵃ—349ᵇ. Thomas Ebendorfer de Haselbach, De historia Romanorum regum et imperatorum libri septem cum prologo ad Fridericum III Imperatorem. Prologus incip.: 'Serenissimo principi ... Imperauit tua Regia celsitudo sub compendio in vnum compingere diue memorie Romanorum reges predecessores...' Expl.: 'quam contentionibus inseruire.' Historia incip.: 'REgna quattuor potentissima...' Et expl.: 'ita vereor exibit.' 350—356 vacant. 4.) 357ᵃ—383ᵇ. Idem, De duobus passagiis christianorum principum pro recuperanda terra sancta. Incip.: 'UNiuersis et singulis christicolis precipue baltheo militari precinctis ...' Expl.: 'grauia bella teptata (sic) sunt.'

3424. [Univ. 824.] ch. XV. 106. f. De auctoribus ecclesiasticis cum prologo qui incip.: 'Qvoniam teste apostolo christus ihesus ipse...' et expl.: 'ordo doctorum texendus erit.' Subsequitur index chronologicus. Auctores ipsi sunt ordinati secundum alphabetum, S. Aurelius Augustinus primus est et ultimus Vercellensis. (? Victorius). Annectuntur Macharius ordinis fratrum heremitarum, florens tempore concilii Constantiensis, et Jacobus de Paradiso carthusiensis, cujus operibus enumeratis codex absolvitur. Expl.: 'Item colloquium hominis ad animam suam.'

3424*. [Hist. prof. 542.] ch. XV. 214. f. Alonso Martines de Toledo, 'El atalaya de las coronicas' sive Historia Hispaniæ et regum Gothorum a Wallia usque ad Henricum tertium sermone hispanico composita a. 1443. Incip.: 'En el nonbre de Dios nostro saluador ...' Expl.: 'demandaua razon y tenia derechon al admirantadgo . esto libro es acabado . dios sea por sienpre loado.'

3424**. [Fosc. autogr. 23.] ch. XV. 353. f. Ludovicus Foscarini, Exempla rerum bene gestarum ac prudenter dictarum ex doctissimorum libris collecta. Index duplex præmittitur. Incip.: 'Dixit Adam hoc nunc os ex ossibus...' Expl.: 'omni transeunti diuaricet pedes suos hieronymus ad Rusticum monachum.'

3425. [Rec. 953.] ch. XVII. 49. f. Aphorismi politici, italice. Incip.: 'Siccome dicie il sapientissimo re Salomone...' Expl.: 'nom puo auere cholui che non la.'

3426. [Eugen. f. 121.] ch. XV. 56. f. Carmen allegorico-satyricum rhythmis gallicis compositum: 'Le songe veritable.' Incip.: 'Les gens qui dient que en songes ...' Expl.: 'Que de grant paour je mesueille.'

3427. [Eugen. f. 137.] ch. XV. 160. f. Historia fabulosa Cleriadi et Meliadices soluto sermone gallico ab initio mutila; incip.: 'conte et la contesse son filz sa fille...'

3428. [Eugen. f. 128.] ch. XV. 55. f. Gesta regis Apollonii Tyrii gallice versa, sermone soluto.

3429. [Eugen. f. 118.] ch. XV. 335. f. c. una m. p. Carmen epicum gallicum 'Chanson de geste de Beuves de Hanstone.' Incip.: 'Seigneurs

veuillies oyr chanson bien aueree...' Expl.: 'fu enterrez Bouiez bien le sachiez.'

3430. [Eugen. f. 120.] ch. XV. 299. f. 1.) 1ª—39ª. Carmen epicum gallicum 'De l advenement nostre seigneur.' Incip.: 'Une chancon que dauid fist...' Expl.: 'A lui louer et beneir. Amen.' 2.) 39ᵇ—81ᵇ. Carmen epicum gallicum 'De la nativité nostre seigneur.' Incip.: 'Entendez seigneurs vn petit...' Expl.: 'et puis recut mort et passion.' 3.) 82ª—112ª. Carmen epicum gallicum 'De la passion nostre seigneur.' Incip.: 'Oez moy trestous doucement...' Expl.: 'In seculorum secula.' 4.) 112ᵇ—299ª. Gualtherus de Metis, 'Mappemonde et l'Image du monde' cum figuris geometricis. Incip.: 'Qui veult entendre cest Rommant...' Expl.: 'Que tous nous prengne a bonne fin.'

3431. [Hohend. f. 98.] m. et ch. XV. 236. f. 'Le tiers volume des croniques de France qui contient trois Roys Cest assauoir les Roys Phelippe de Valoys, Jehan et le Roy Charles V.' 1ª 2ᵇ Index capitulorum primæ sectionis. 3ª. Rubrica præcedens. Opus incip.: 'Apres la mort du roy Charles qui bel estoit...' 74ª—79ᵇ. Index capitulorum secundæ sectionis 80—159 'Le Roy Jehan.' 160ª—162ᵇ. Index capitulorum tertiæ sectionis. 163ª—231ª. 'Le roy Charles.' Expl.: 'Cy fine listoire du Roy Charles le quint. Cy apres sensuit listoire du Roy Charles VIᵉ. de ce nom.' Hujus quartæ sectionis duo capitula priora in 231ᵇ—232ª sola leguntur. 232ᵇ—235ᵇ vacant. 236ª Notabile ab alia manu conscriptum de prœlio ad Aginicurtem (25. Oct. 1415), quique principes et barones Franciæ occubuerint.

3432. [Eugen. f. 136.] ch. XV. 167. 8⁰. Historia fabulosa sermone soluto gallico de dominello Paris et amiculæ Vienne, in fine mutila.

3433. [Eugen. Q. 51.] ch. XV. 76. 4⁰. Giovanni Boccacci, Le temple de la ruyne daulcuns nobles malheureux par George Chastelain, dit l'adventureux.

3434. [Eugen. f. 119.] ch. XV. (1465.) 239. f. Aimé de Varennes, 'Le Roman de Florimont.' Incip.: '(C) Il qui a cueur de vassallaige...' Expl.: 'Roy fut des plusieurs Roys clamez. quant aymez en fit le romans Mil. Cent. IIIIˣ. et vng ans Aucit de l incarnacion Adonc fut retraictz par aymon.'

3435. [Eugen. f. 135.] ch. XV. 113. f. Giovanni Boccaccio, 'Filostrato traduit en français par Pierre de Beauveau sénéchal d'Anjou.'

3436. [Eugen. f. 127.] ch. XV. (1482.) 316. f. Historia fabulosa sermone gallico soluto 'Roman du chevalier Berinus de Rome Roy de Blandie et de Aigres de l'Aymant son filz.'

3437. [Fosc. 86.] ch. XVI. 7 + 86. fol. Indiculus vectigalium Venetiis pro mercedibus solvendorum. 'Parte tratte del capitular de doanna da mare.' Incip.: 'Panni d'oro et di seta...' Expl.: 'a notitia d'ogn' uno.' Index et appendices 1—7 et 62—86 a manu recentiori.

3438. [Eugen. f. 138.] ch. XV. 117. f. cum fig. calamo exaratis et coloratis. Historia fabulosa sermone soluto gallico 'Roman de Blanchandin

(Blanchardin) et de l'Orguilleuse d'Amours.' Incip.: 'Ces nobles faits et haultes entreprises ...' Expl.: 'nous veulle sa grace ottroyer. amen.'

3439. [Eugen. f. 68.] ch. XV. 287. f. Raoul Lefevre, 'Les histoires de Troyes.' 287ª. Sententiæ tres gallicæ, quarum prima rhythmis gallicis composita est.

3440. [Eugen. f. 102.] ch. XV. (1455.) 498. f. Jacques de Guyse, 'Histoire de Hainault.' Historia Hanoniæ partim latina partim gallice versa, cum indice capitulorum præmisso.

3441. [Eugen. Q. 45.] ch. XVI. 125. 4°. c. f. c. exaratis et color. Jean Lemaire, 'La Couronne margaritique autrement le triomphe d honneur.' Codex videtur auctoris autographus.

3442. [Hohend. Q. 34.] ch. XV. 35. 4°. cum armis pictis. 'Histoire généalogique de Guillaume de Flandres et Alix de Clermont, avec les arms et blasons des nobles maisons dont ils sont descendus.' Prologus incip.: 'Pour ce que chacun noble homme...' et expl.: 'de vermendoys jusques a present.' Opus incip.: 'Ce sont les armes du Roy Charles le simple...' Expl.: 'de la haye et des Rochesporte.'

3443. [Rec. 232.] ch. XV. (1476.) 121. f. cum imagine auctoris 1ª picta. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, De romani imperii inclinatione; Liber in fine mutilus; multo auctius in codice hoc opus legitur quam in libris impressis.

3444. [Lunæl. f. 176.] ch. XV. 152. f. Petrus Blesensis, Epistolæ.

3445. [Rec. 229.] ch. XV. 310. f. 1.) 1ª—3ᵇ. Genealogia regum Francorum usque ad Johannem Lotharingiæ ducem 1268. Incip.: 'Priamus primus rex francorum ...' Expl.: 'lauduno ubi manebat Karolus.' 2.) 4ª—9ª. Genealogia ducum Lotharingiæ et Brabantiæ usque ad Johannem 1268. Incip.: 'Priamus primus rex francorum...' Expl.: 'lotharingie nomine Gerbergam.' 3.) 9ª—11ª. Genealogia ducum Lotharingiæ atque Brabantiæ usque ad a. 1140 ad maximam partem hexametris concepta. Incip.: 'Priamus primus rex francorum...' Expl.: 'cui brabantia totaque patria subdita pridem.' 11ᵇ—12ᵇ vacant. 4.) 13ª—33ª. Annales Francorum. annorum 769—818. Bouquet V, 26. V, 37. VI, 174. 33ᵇ vacat. 5.) 34ª ᵇ. Principes Bohemiæ. Incip.: 'Principes Boemie Pagani primus dux Primysl...' Expl.: '40 Wladislaus kasimiri polonie regis filius, boemie primo deinde hungarie Rex.' 6.) 35ª—94ᵇ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini. Historia bohemica. Subsequuntur duæ notulæ de Aeneæ Sylvii Assumptione in papatum et de impressione historiæ bohemicæ. 7.) 95ª—171ᵇ. Chronicon Hungarorum vulgo Budense, cum præfatione Andreæ ad Ladislaum præpositum Budensem de impressione ejusdem chronici. 172 vacat. 8.) 173ª. De alaudis in armis Austriæ a manu recentiori. 9.) 173ª—306ᵇ. Anonymi Leobiensis chronica a. 1215—1347 partim latina partim germanica. 10.) 307ª—310ᵇ. 'Hye hebt sich an der Streit von kunig Fridreichen von Osterreich als er

geuangen wart.' Incip.: 'Anno domini M°CCC°XVIIj In der selbigen zeyt...' Expl.: 'kom gewaltigklichen gen Rome.' 11.) 310[b]. Notitiæ de incendiis 1410, 1454 oppidi Cremissæ in Austria inferiori.

3446. [Hist. prof. 621.] ch. XV. 235. f. Chronicon mundi usque ad Fridericum II Imperatorem, cujus prima pars a mundo condito usque ad nativitatem Christi conflata est ex antiquioribus chronicis notissimis, altera est opus Martini Poloni omissis tamen Pontificum gestis, et aliquibus brevioribus adnexis, quæ tempora Friderici II et interregni spectant. Incip.: 'Primum regnum assiriorum a nino...' Expl.: 'in siciliam veniens est defunctus.' In foliis inter tegumenta et folia numeris signata fragmenta Quæstionum physicarum Johannis de Janduno leguntur.

3447. [Salisb. 412.] ch. XV. 147. 4°. 1.) 1[a]—121[b]. Martinus Polonus, Chronicon usque ad a. 1281. 2.) 120[a] et 121[a]. Notabilia de historia germanica Martini chronico intercalata. Incip.: 'Anno domini MCCLXXIII wart erwelt Graff Rudolff von habesspurgk...' Expl.: 'herczog Ludweig zw bayrn.' 3.) 122[ab]. Geographia Germaniæ. Incip.: 'Germania a germinando...' Expl.: 'metropolis cum VI episcopatibus.' 4.) 123[a]—129[b]. Historia Bavariæ germanica fabulosa, utique de duce Eckhard dictus Bundschuh etc. Incip.: 'Do man zalt nach christi gepurd VII[c] vnd LXXVI...' Expl.: 'als er sein hernach selber veriach.' 5.) 129[b]. Notabile germanicum de origine populorum germanicorum. Incip.: 'Das geslâcht sachsen chomen...' Expl.: 'von dem geslâcht Troyanorum als dy francken etc.' 6.) 130[a]—147[a]. Gregorius Hagen, Chronicon Austriæ excerptum germanicum usque ad a. 1448 pertingens hic usque ad Fridericum III Imperatorem perductum. Incip.: 'Vermerckt den auszzug der coranicken des landes zw Österreich...' Expl.: 'etleicher mer frumer kristen herren.' Tegumento anteriori antiphonarii fragmenta m. s. XIII. adglutinata sunt.

3448. [Nov. 351.] ch. XV et XVI. 163. 4°. Libri epistolarum et carminum sodalitatis litterariæ ad Conradum Celtem, ab anno 1491 ad annum 1505. Index epistolographorum alphabeticus a Michaële Denisio adjectus est. In folio inter tegumentum anterius et folium numero signatum primum delineatus est nummus in honorem Conradi Celtis excusus et in parte aversa folii primi Diploma legitur, quo Fridericus III Imperator Conradum Celtem poëtam laureatum creavit d. d. Norimbergæ Arce nostra Anno. Cetera desunt.

3449. [Rec. 1085.] ch. XIV et XV. 98. 4°. 1.) 1[a]—53[b]. Johannes, Vita Cardinalis Thomæ tituli SS. Nerei, Achillei atque Patricii litteris 59 comprehensa. Incip.: 'Quid agimus o litera?...' Expl.: 'ac reditum superos ora vale.' Quattuor hexametri ejusdem argumenti subsequuntur. 2.) 54[a]—68[a]. Poggius Florentinus, Invectiva in Laurentium Vallam. 3.) 68[a]—77[a]. Laurentius Valla, In Poggii invectivam apologus. 77[b] vacat. 4.) 78[a]—87[a]. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Oratio habita in conventu Mantuano VI. kal. oct. 1459. 87[b] vacat. 5.) 88[a]—90[a]. Oratio ad Fridericum III Imperatorem de bello Turcis inferendo. Incip.: 'Euocati ad te Friderice

Imperator...' Expl.: 'nobis cum fidelibus salutarem.' 6.) 90b. Galeotus Martius Narniensis, Ad Joannem Pannonium Carmen elegiacum. Incip.: 'Docte salutatum uult te me musa ioannes...' Expl.: 'Reddere pro meritis munera thura preces.' 7.) 91a—93b. Lucianus Samosatensis, Dialogus Charontis et Mercurii latine redditus a Rinuccio cum prologo interpretis. 8.) 94a—98a. Valerius Probus, De notis antiquis. In folio numero non signato ante folium primum Duo disticha leguntur. Incip.: 'Mortales nati mortalem ducimus auram...' Expl.: 'Astrorum celeres dum peto mente vias.'

3450. [Philos. 302.] ch. XV. 58. 4°. 1.) 1ab. Notabilia ascetica italica. Incip.: 'Al nome de dio e de la uergine...' Expl.: 'al di del zudizio amen.' 2.) 2—57b. Opus italicum de ascetica 'Fior de uirtu' rubricatum cum prologo et capitulorum indice præmisso. Prologus incip.: 'Questo libro...' et expl.: 'de la uertu damore.' Opus ipsum incip.: 'beniuolentia et dillectione siene...' et expl.: 'forte a dio amen.'

3451. [Jur. civ. 234.] ch. XIV. 110. 4°. Jus maritimum quod dicitur Catalanum, præcedentibus legibus a Petro IV Aragoniæ rege latis. Incip.: 'Aquesta ordinatio fo feta...' Expl.: 'com denuentes contengut.' Index præcedit.

3452. [Jur. civ. 235.] ch. XV. 33. 4°. Formulæ judiciales in usum Hungarorum ab initio et in fine mutilæ. Incip.: 'Juxta quartam partem est sciendum...' Expl.: 'ab alijs cuiusuis (status et condicionis).'

3453. [Nov. 610.] ch. XV. 146. 1. et 144—146 sæc. XIX. 4°. Andreas de Duba, Collectio jurium Bohemiæ et quidem. 1.) 1a—40a. Jura antiqua Bohemiæ. Incip.: 'Prawo zemske Czeske gest dawno nalezene...' Expl.: 'To ge ny me vrzad przipal.' 2.) et 3.) 40a—105b. Jura dicta Rosenbergica. Incip.: 'Ktoz puoyme komornika prasskeho...' Expl.: 'Coz chce yako zswych diedicskych.' 4.) 105b—109b et 111b—112b. Dedicatio collectionis Andreæ de Duba. 5.) 105b, 109b—111b. Ordo matriculæ provincialis Bohemiæ. Incip.: 'O Brany ot desk dole powiem tento nema byti...' Expl.: 'a poczest nebo tweho prawiti.' 6.) 112b—146b. Statuta Caroli IV dicta 'Majestas Carolina.' Incip.: 'Boha wssemohucieho ku pomoci vziwage...' Expl.: 'zgednati Prawem zemskym.'

3454. [Nov. 603.] ch. XV. (1447.) 151. 4°. 1.) 1a—100a. Jura Pragensium cum rubrica: 'Prava prazska.' Incip.: 'Poczinagysse prawa prazska noiprwe o konsselech...' Expl.: 'a to yest prawe prawo etc.' 2.) 100b—104b. Notitiæ variæ, imprimis emtionum et venditionum, cum interspersis formulis medicamentorum, quæ omnia partim bohemica, partim latina. 3.) 105a—105b. 'Qualiter debent Coronare Regem Bohemie.' Incip.: 'Primo Archiepiscopus pragensis cum prælatis et principibus et Baronibus associabunt in Regem...' Expl.: 'nostrum impertirentur assensum quod et fecimus etc.' 4.) 105b—140b. Partes juris provincialis Bohemiæ cum jure feudorum, cum rubrica: 'Tuto gsu nekterzy kussowe praw zemskich...' Incip.: 'Kdizby kto koho pohnat kzzemskim dczkam aten pochnany...' Expl.: 'lecz mylost kralowa przykaze.' 'Skonaly gsu sse prawa manska v pondiely przed

swatim Girtzim letha etc. Mccccxlvij.' 5.) 140ᵇ—151ᵃ. Ordo magistratus Pragensis, cum rubrica: 'A poczinagy Rzadowe prawa miesta prazskeho.' Incip.: 'Za czasu kniezete Sobiesslawa Prazskeho a wissehradsskeho a wewody Czeskeho...' Expl.: 'nez wsswietlem a wteplem miesstie.'

3455. [Rec. 1125.] ch. XV. 103. 4⁰. 1.) 1ᵃ—69ᵇ. Johannes de Thurocz, Chronica Hungarorum usque ad annum 1324. 70ᵃ—74ᵇ vacant. 2.) 75ᵃ—85ᵃ. S. Stephanus rex Hungariæ, Decretum. 3.) 85ᵃ—94ᵃ. S. Ladislaus rex Hungariæ, Decretum anni 1092. 4.) 94ᵇ—99ᵃ. Colomani Regis Decretum et quidem Præfatio et Liber I. 5.) 99ᵇ—102ᵇ. 'Capitula de synodalibus decretis archiepiscopi Laurentii Strigoniensis metropolitani et decem suffraganeorum suorum.' 1105—1113. 6.) 102ᵇ—103ᵇ. Colomani Regis Decreti Liber II.

3456. [Nov. s. n.] ch. XV. (1428.) 181. 4⁰. 1.) 1ᵃ—18ᵃ. Jordanus Argentinensis, 'Cronica de imperii translacione a Græcis in Germanos.' 18ᵇ—23ᵇ vacant. 2.) 24ᵃ—181ᵇ. Hermannus minorita, Chronicon sacristani usque ad annum 1308, cum indice subjuncto.

3457. [Hist. eccl. 117.] ch. XV. 91. 4⁰. Gregorius Nyssenus, Libellus de vita Moysis in latinam linguam versus a Georgio Trapezuntio cum præfatione interpretis.

3458. [Rec. 81.] ch. XV. 161. c. init. coll. 8⁰. Libri Ruth, Judith, Esther, Maccabæorum, Baruch et duodecim prophetæ minores translati in linguam Hungaricam uti videtur a Valentino et Thoma clericis partis hussiticæ inter annos 1437 et 1441. Cæteroquin etiam epistola S. Hieronymi et quædam illustrationes itidem hungaricæ adjectæ sunt.

3458*. [Rec. 623.] ch. XV. 70. 4⁰. 1.) 1ᵃ—42ᵇ. P. Ovidius Naso, De arte amandi. 2.) 42ᵇ—44ᵇ. Idem, De medicamine faciei. 3.) 44ᵇ—45ᵃ. Idem, Ad Corinnam de amica ad amicum veniente. 4.) 45ᵃ—59ᵇ. Idem, De remedio amoris. 5.) 59ᵇ—70ᵇ. Idem, Ibis.

3458**. [Fosc. 260.] ch. XV. 136. 4⁰. 1ᵃ vacat. 1.) 1ᵇ—6ᵇ. Enumeratio brevis Ducum Venetorum usque ad Michaëlem Steno, initio mutila. Expl.: 'la qual festa dura apresso vno anno In li anni MCCCC.' Chronicon Venetiarum italico sermone compositum et usque ad annum 1410 perductum. Incip.: 'Al tempo che troia fo destrutta...' Expl.: 'la ora de vespro a di X auosto 1410.'

3459. [Univ. 403.] ch. XV. (1459—1460.) 201. 4⁰. Leonardus Bruni Aretinus, Epistolarum libri IX.

3460. [Rec. 260.] ch. XVI. 73. 4⁰. 1.) 1ᵃ—69ᵃ. Michaël Savonarola, De rebus sex non naturalibus, dialecto venetiana cum indice a manu recentiori partim 1ᵃ—4ᵃ præmisso, partim 69ᵃ subjuncto. 2.) 69ᵇ—73ᵇ. Formulæ medicæ partim latinæ partim venetianæ. Tegumentis adglutinata sunt fragmenta membr. s. XIV. cont. partes poëmatum Horatii, cum glossis marginalibus, et quidem I. 18 v. 88 usque ad finem et I. 19. v. 1—45.

3461. [Univ. 492.] ch. XV. 247. 4⁰. 1.) 1ᵃ—50ᵇ. Regulæ grammaticales linguæ latinæ. Incip.: 'Circa initium regularum grammaticalium pro

eruditione ac informatione...' Expl.: 'tamen ex natura positiui quam comparatiui etc.' 2.) 51ᵃ—51ᵇ. Notabilia de constructione grammaticali latina. 52 vacat. 3.) 53ᵃ—65ᵇ. Analyses grammaticæ singularum sententiarum latinarum. 4.) 66ᵃ—91ᵃ. Farrago disquisitionum minorum grammaticalium, linguam latinam spectantium, diversis manibus scripta. 5.) 91ᵃ—94ᵃ. 'Documenta generalia et particularia dictionum græcarum, que latine scribuntur.' 6.) 95ᵃ—97ᵇ. Guarinus Veronensis, 'De arte diphthongandi.' 98—101 vacant. 7.) 102ᵃ—137ᵇ. Grammatica latina cum commentario interlineari et marginali. Incip.: 'Partes oracionis quot sint octo uel nouem...' In fine addita sunt corollaria quædam grammaticalia et de declamatione. 8.) 138ᵃ—179ᵃ. Donatus, Ars parva. 179ᵇ vacat. 9.) 180ᵃ—191ᵇ. 'Circa vicium constructionum.' Tractatus grammaticalis. Incip.: 'Primo generalia sunt ordinanda...' Expl.: 'ad minus nullum.' 10.) 192ᵃ—247ᵃ. Grammatica latina sub nro. 7.) repetitur.

3462. [Philol. 229.] ch. XV. 258. 4⁰. 1.) 1ᵃ. 'Maximiliano Duci Austrie etc. huius libri vsum dedit Doctor thomas de cilia Anno d. 1471. Quid prodest foris esse gloriosum si domi male viuitur.' 1ᵇ vacat. 2.) 2ᵃ. Pius II papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Epistola data Romæ 19. Augusti 1458 ad Imp. Fridericum III., qua se summum Pontificem renuntiatum significat. 3.) 2ᵇ—3ᵃ. Idem, Ad eundem, data Romæ 1. Nov. 1460. Incip.: 'In hiis que honorem et vtilitatem Imperii concernunt...' Rogat ut Francisco Sfortiæ Mediolanensium duci priuilegia confirmet. 4.) 3ᵇ. Idem, Epistola ad episcopum data Romæ 1460, ut Imperatorem hortetur ad concedendam inuestituram Ducatus Mediolanensis Francisco Sfortiæ. Incip.: 'Credimus fraternitatem tuam non dubitare...' 5.) 4ᵃ. Epistola anonymi ad Cardinalem de obitu antistitis. Incip.: 'Quamquam eterna lege constitutum...' s. d. 6.) 4ᵇ—7ᵃ. Declamationes duæ una patris Lucretiæ, altera ipsius Lucretiæ. Prima incip.: 'Noli te afflictare, Lucretia, satis magnum argumentum...' altera: 'Nolite me pater sanctissime tuque luce quodam carior...' 7ᵇ—9ᵇ vacant. 7.) 10ᵃ—11ᵃ. Dialogus Mercurii et Virtutis. Incip.: 'Virtus dea per epistolas orauit modo...' Expl.: 'Ego et nuda et despecta abeo.' 8.) 11ᵃ. Aeneas Sylvius, Ad fortunam. Incip.: 'Vnum ex te fortuna peto supplex...' Expl.: 'tuo ingenio discute michique aperi.' Sequuntur quædam notitiæ historicæ annum 1464 concernentes. 11ᵇ vacat. 9.) 12ᵃ—13ᵃ. Oratio initio mutila de instauratione studiorum, continens præcepta honeste vivendi et studendi. Incip.: 'Superest ut auditores moribus componamus...' Expl.: 'auctoritate curator veniat assignandus. Gratias.' 10.) 13ᵇ—14ᵃ. Epistola de terræ motu in regno Neapolitano anno 1456 ut videtur. Incip.: 'Colendissime presul... Soleo sepenumero mecum admirari...' Expl.: 'continua scilicet et perpetua memoria celebrandum.' 11.) 14ᵇ—15ᵃ. Hieronymus Valla, Oratio ad Pasqualem Maripetrum pro universitate sua i. e. Paduana. Incip.: 'Qui celsitudinem tuam hisce temporibus adeunt...' Expl.: 'deuotissime offerimus et commendamus.' 12.) 15ᵃ—17ᵃ. M. T. Cicero, Duodecim epistolarum ejus familiarium. 13.) 17ᵇ—18ᵇ. Epistola ad antistitem ob beneficia accepta gratias

agentis. Incip.: 'Quod jam diu R. P. Ecclesieque s. n. Antistes meritissime nec ad te non emanarunt littere...' Expl.: 'tantis meritis tibi premia cumulata ferat.' 14.) 18ᵇ—19ᵇ. Epistola facultatis juristarum universitatis Patavinæ ad Comitem Casparum Sligk. Incip.: 'Tuam sic iam diu M. vir nouimus prudentem liberalitatem...' Expl.: 'Valeat feliciterque uiuat M. tua.' 15.) 19ᵃ—22ᵇ. M. T. Cicero, Epistolæ viginti septem e familiaribus. 23 vacat. 16.) 24ᵃ—29ᵃ. Bonaccursius de Monte magno, Declamationes duæ de nobilitate, prior pro P. Cornelio Scipione, altera pro Cornelio Flaminio. Incip.: 'Apud maiores nostros sepenumero de nobilitate dubitatum est...' Expl.: 'ita ut timor grandis Rome oreretur quatuor vix...' Cetera desunt. 29ᵇ—35ᵃ vacant. 17.) 35ᵇ—40ᵇ. Antonius Dandolo, Oratio ad Pasqualem Maripetrum in gratulationem Juristarum gymnasii Patauini coram Senatu Veneto. Incip.: 'Gaudium ingens incredibilemque animi voluptatem...' Expl.: 'et augendas diutissime felicissimeque conserues.' 18.) 41ᵃ—42ᵃ. Leonellus Estensis, Oratio 'Pro Cesare larem ingredienti (i. e. Sigismundo Imp. Ferrariæ 1422).' Incip.: 'Cum tui celeberrimi nominis splendor atque gloria...' Expl.: 'et in manibus collocat tuis.' 19.) 42ᵃ—42ᵇ. Oratio 'Pro Principe suscipiendo.' Incip.: 'Ea tandem dies nobis illuxit...' Expl.: 'persecutos esse obseruas studioque cognoscis.' 43ᵃ vacat. 20.) 43ᵇ—44ᵃ. Guarinus Veronensis, Oratio de modo studendi legendive facta pro Leonello Ferrariensi duce. Incip.: 'Vt igitur absens studia tua Leonelle princeps si non re at consilio iuuem...' Expl.: 'incessum motumque dicat.' 21.) 44ᵇ. Initium similis moniti, incip.: 'In iure pontificio studendi modus a plerisque sic tradi solet. Abstractus primum illecebris...' 22.) 45ᵃ—46ᵃ. Ludovicus Carbo, Oratio ad Borsium Estensem ducem, cum eidem Masinum Corigiensem academiæ rectorem præsentaret. Incip.: 'Nuntium tibi afferimus inclite dux...' Expl.: 'quodam munere ornatos existima. Dixi.' 23.) 46ᵃ. Guarinus Veronensis, Epistola cum adjecto carmine de nominibus et patria septem Græciæ sapientum. Epistola incip.: 'Non desino Leonelle princeps pro mea uirili parte...' Expl.: 'omnis tibi scrupulus adimatur.' Carmen incip.: 'Nomina septem sapientum grecia cantat...' et expl.: 'cum laude de obole tollis.' 24.) 46ᵇ—48ᵃ. Eugenius IV Papa, Litteræ de concordia Ecclesiæ orientalis cum occidentali in concilio Florentino, datæ Florentiæ 7. Julii 1439. Incip.: 'Gloria in excelsis deo...' 25.) 48ᵇ—50ᵇ. Litteræ academiæ Patavinæ, datæ 'Ex Padua 22. die mensis Augusti s. a., ad antistitem quemdam, quibus petitur viro cuidam veniam dari ad eum se conferendi. Incip.: 'Cum sepius nostram incidisset in mentem...' Expl.: 'feliciter regat Reuerendissima paternitas tua.' 26.) 50ᵃ. Epistola ad Pontificem Maximum, qua auctor gratias agit pro nominatione in episcopum. Incip.: 'Accepi literas vestras quibus me ab e. R. p. ad F. ecclesiam nuper promotum fuisse intellexi...' Expl.: 'regnum ecclesie sua misericordia tueri. Vale.' 27.) 50ᵇ—52ᵇ. Guilielmus Paiellus Vicentinus, Pro domino Lelio Veronensi Paduæ in conuentu pro ipsius commendatione oratio habita, ad summos in jurisprudentia honores adipiscendos. Incip.: 'Cum animo agitarem meritissime Pre-

sul...' Expl.: 'extrema uix senecta consequi potuerunt.' 28.) 53ª—55ª. Oratio ad Principem salutandi gratia habita. Incip.: 'Tandem illa michi dies, quam a superis immortalibus...' Expl.: 'diuturnitatem tui principatus pertinebunt.' 29.) 55ª—56ª. Pius II Papa, Epistola ad Christophorum Maurum ducem Venetorum de expeditione proximæ æstatis cum senatu et duce Burgundiæ, data Romæ 25. Octobris 1463. Incip.: 'Quod iam pridem oculto concepimus animo...' 30.) 56ᵇ—57ª. 'Preclara Demosthenis oratio ad regem Alexandrum.' Incip.: 'Nihil habes rex Alexander uel fortuna tua majus...' Expl.: 'hodierno die cum hoc feceris consequutus es.' 31.) 57ᵇ. Aeschines, Oratio in Atheniensium senatu habita. Incip.: 'Reminiscor Athenienses Alexandrum hac nostra in urbe.' Expl.: 'nos obsequentes sibi supplicesque inuenerit.' 32.) 57ᵇ. Demades, Oratio in senatu Atheniensi. Incip.: 'Admirans vehementer admiror Viri Athenienses...' Expl.: 'et uiris uacuata facilius diripiat.' 33.) 57ª—58ª. Demosthenes, Oratio in senatu Atheniensi. Incip.: 'Apud uos in contentionem uerti uideor...' Expl.: 'ne forte similes existimemur thebanis.' 34.) 58ᵇ—63ª. Omnibonus Leonicenus, Oratio in laudem Philippi Foscari cum Pontificii juris lauream sumturus esset. Incip.: 'Non mea me facultas... sed expectatio uestra...' Expl.: 'primis ab annis ita uersatus est ut excellat.' 35.) 63ᵇ—64ᵇ. Guarinus Veronensis, Ad illustrem Leonellum marchionem Estensem de equestribus insignibus a Sigismundo Romanorum Imperatore additis gratulatio. Incip.: 'Hodierno die, mi rex et diue Leonelle, ciues tui...' Expl.: 'monumentum et pignus amoris relinqueretur. Vale ex Ferraria ydibus Septembris Anno 1455.' 36.) 65ª—68ᵇ. Idem, In eundem oratio funebris. Incip.: 'Si ullo tempore datum est, afflicti principes, ciuesque mestissimi,...' Expl.: 'uiuat felix ferrarie et populus.' 37.) 69ª—70ᵇ. Fragmentum institutionum rhetoricarum. Incip.: 'Laudatur oratio illa que in verbum sepius quam in aliam orationis fartem finitur...' Expl.: 'nostram negligentiam peruenire ad nichilum patiamur...' 71 vacat. 38.) 72ª—80ª. M. T. Cicero, Epistolæ aliquot et excerpta ex aliis seu elegantiæ, passim cum notis marginalibus. 80ᵇ—83ᵇ vacant. 39.) 84ª—129ª. Idem, Aliæ epistolæ cum nonnullis notis marginalibus. 129ᵇ—130ᵇ vacant. 40.) 131ª—133ª. Franciscus Philelphus, Epistola ad Ludovicum Foscarini de Turcarum impetu in Italiam. Incip.: 'Que annis superioribus Mantue iacta mihi tecum sunt amicitie fundamenta...' Expl.: 'quibuscum manum conferunt.' 133ᵇ, 134 et 135 vacant. 41.) 136ª—145ᵇ. Sextus Rufus, Epitome historiæ romanæ. 42.) 146ª. Benvenutus de Rambaldis Imolensis, De vitis Imperatorum libelli Augustalis dicti proëmium et initium. 146ᵇ—166ᵇ vacant. 43.) 167ª—175ª. Epitome institutionum rhetoricarum seu 'Rhetorica breuilogos.' Incip.: 'Quoniam breuiter data breuius et leuius memorie commendantur...' Expl.: 'due sint siue plures redditur suum uerbum.' 175ᵇ—186ᵇ vacant. 44.) 187ª—187ᵇ. P. Ovidius Naso, Excerpta ex ejus Arte amandi. 188 vacat. 45.) 189ª—190ᵇ. P. Virgilius Maro, Excerpta ex ejus Bucolicis. 191 vacat. 46.) 192ª—194ª. Idem, Excerpta ex ejus Aeneide. 194ᵇ—198ᵇ vacant. 47.) 199ª.

Gasparinus Pergamensis, Fragmentum exordiorum epistolarum ejus. 199b—215a exceptis nonnulis initiis vel excerptis nullius momenti vacant. 48.) 215b. Pars orationis pro adipiscendis summis in jurisprudentia honoribus. Incip.: 'Si non optime cognoscerem Magnifici presides...' 49.) 216a—216b. Similis oratio incip.: 'Si in nostris majoribus, qui eiusdem generis certamina subierunt...' Expl.: 'ad principale propositum condescendo.' 50.) 216b—217b. Oratio qua rector academiæ designatus gratias agit electoribus. Incip.: 'Summum dicendi ac perorandi onus...' Expl.: 'concedere dignetur in secula benedictus.' 51.) 218a—220b exceptis nonnullis notitiis futilibus vacant. 52.) 221a—230b. Collectanea quædam de verborum significationibus et elegantiis latini sermonis. 53.) 231a—233b. Sententiæ ab Aenea Sylvio nonunquam memoratæ. 54.) 234a—244b. Excerpta e Salustio, Apulejo et Livio. 55.) 245a—246a. Jacobus canonicus Aquilejensis, Oratio ad Imp. Fridericum III. 18. Aprilis 1470 pronunciata. Incip.: 'Cum meam intueor paruitatem et tuam admiror celsitudinem...' Expl.: 'ad christiani populi perpetuam pacem.' 246b vacat. 56.) 247a—249a. Nicolaus V Papa, Litteræ, quibus Eugenii IV litteras ratas habet Friderico III Imperatori potestatem dantes nominandi centum personas ecclesiasticas idoneas ad beneficia ecclesiastica. Incip.: 'Olim a felicis recordationis Eugenio papa predecessore nostro...' Expl.: 'Rome apud S. Petrum anno incarnationis dominice 1449 tertio decimo Kl. Januarij. Pontificat. nostri anno tertio.' 249b vacat. 57.) 250a—251a. Excerpta e Livio. 251b—257a vacant. 58.) 257b—258b. Formulæ medicinales.

3463. [Nov. s. n.] ch. XV et XVI. 124. 4°. 1.) 1a—76a. Johannes Bernhardus de Prealonibus de Oleo, Marescaltia. 'Qui si contiene in questo libro della etade e de lo grege delli caualli e delle caualle et etiandio de le loro Infirmitade et delli loro remedii et ancho si li contiene della nassione de li mulli assinj e bestiame bouine et de le loro ettade Infirmitade et remedij.' Incip.: 'Colui chi vora auere lo grege...' Expl.: 'e che assi insememente ben se respondeno.' Index præmittitur. Sequuntur figuræ frenorum. 76b—77b vacant. 2.) 78a—83b. Formulæ veterinariæ italicæ. Incip.: 'Al caualo infiato in ongni loco...' Expl.: 'onguento da medegare et e prouato.' 84a vacat. 3.) 84b—115b. Formulæ veterinariæ italicæ a manibus recentioribus. 116a—118a vacant. 4.) 118b. Poëma italicum. Incip.: 'Laso che malo acorto...' Expl.: 'non prego già ne pote auere piu logo.' 119a—124a vacant. 5.) 124b. 'A chastrare uno chaualo...' Expl.: 'cosa aprouada.'

3464. [Hist. prof. 753.] ch. XVI. 11. 4°. 1.) 1b—2a. Apographon diplomatis restitutionem jurium Guilielmi de Hradessin continentis, olim in matricula regni Bohemiæ anno 1542 igne consumpta consignatorum, anno 1562 vero ab Imperatore Ferdinando I concessam. Incip.: 'Letha Boziho Aysyczeho Pretisteho Ssedesateho druheho...' Expl.: 'A peczeti Swan spezetieny.. Podal. Laus deo: Ann.' 2.) 2b—11b. Barones regni Bohemiæ judicio presidentes annis 1388, 1396, 1397, 1398, 1402, 1404, 1408 et 1409.

3465. [Hist. prof. 675.] ch. XV. 121. 4°. Dominicus de Gravina, Historia regni Neapolitani latina ab anno 1343 usque ad annum 1350.

